



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De esurie [et] siti iusticie

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De beatitudine esuriei et sitis iusticie

luctus beatissime virginis nullo modo fuit debitus debito necessitatis. sed tamen charitatis. sed omnium aliorum lugentium luctus fuit debitus debito necessitatis. sed luctus eius fuit magis gratus. igitur luctus eius inproportionabilis fuit respectu luctuum omnium viatorum. ¶ Item eius consolatio est aliis inproportionabilis. sed et luctus eius. quod sicut premium ad premium etc.

¶ Iuxta hoc quod dicitur. utrumque beatissima virgo luxerit pro incolatu miserie et pro dilatatione patrie. ¶ Et videtur quod sic. quod hoc videtur ad charitatis perfectorem pertinere cupere dissolui et esse cum christo. Unde unus perfectorum. Infelix ego homo

contra pro quod me liberabit de corpore mortis huius. ¶ Sed contra. Quia in statu innocentie nollet separari a corpore. iuxta illud. Nolumus expoliari sed si pueritini. ¶ Item in statu glorie nollet a se separari a corpore. igitur videtur aiam nolle separari a corpore. Et si sic. hoc fit idem quod spiritus concupiscit aduersus carnem et e converso. igitur cum in beatissima virgine non fuit huiusmodi pugna vel inobediencia. videtur quod non luxerit pro incolatu miserie

De Quinto de beatitudine esuriei et sitis iusticie. ¶ Et videtur quod si miser fuerit in ea excellentius. Esurire et sitire proprium est viatorum. saturatum esse proprium est perfectorum. sed inter esurire et saturatum esse medium est comedere. Sed cum nihil sit vacuum cum extat extrema extat et medium sed medium pertinet ad statum medium. ille autem status est beatissime virginis. igitur habebit istam beatitudinem citra perfectores et supra viatores. ¶ Item eius consolatio est aliis inproportionabilis. sed etc. Item iusticia in beata virgine fuit inproportionabilis aliis. igitur et eius esuries ¶ De misericordia.

De Sexto de beatitudine misericordie. Et videtur quod similiter ut predictum est quod fuit in beatissima virgine hac ratione. Beata virgo fuit vniuersale vsum ecclesie appellata et est mater misericordie. quod non puenit proprie alicui alteri creature. dicunt autem et aliqui viri misericordie. id est in humiles misericordie. et sic habent omnes angeli copationem ad misericordiam per modum principalem et per modum accidentalem. ipsa vero habet copationem ad misericordiam per modum originis essentialis. quod per modum matris. puenientia autem essentialis inproportionabiliter excellit modum inherencie et modum accidentalem. igitur beatissima virgo inproportionabiliter excedit in misericordia vniuersos ¶ Item dicitur etiam regina misericordie fuit vsum ecclesie. et stat quod non fuit eandem rationem quam dicitur mater misericordie. alia est enim ratio matris et alia regie igitur propter aliam rationem dicitur regina misericordie quam illa quam dicitur mater misericordie. et videtur quod regina misericordie dicatur ideo. quod ab ipsa fuit regni misericordie origo. et ab ipsa potestas est prima misericordie et gratie. Cum enim sic sit regnum glorie quod est regnum iusticie. in quo unusquisque recipit prout hic gessit in corpore. cuius prima pars est a rege glorie et a rege iusticie. id est a sancta trinitate. Et est regnum glorie sue misericordie ubi non dum recipit fuit merita sed adhuc regnat misericordia peccata dimittendo. penas diluendo. bona multiplicando. mala differendo. huius autem regni et orationis